

immensa sua bonitate deslet etiam hinc ostendens, qualia haberet erga ingratos Iudeos visera. Peculiariter deplorat Dominus miseram destructionem Ierusalem, sic super eam deslet Dominus, cum ipsa ei datura esset crudelem mortem. O ingens Christi pietas! non irascitur in suos capitales hostes, non postulat vindictam contra eos, sed maxime super eorum desolationem dolet, eorum casum, à quibus lædendus erat, deplorans. Vide, Amor inimicorum, in Indice.

Non cogitat de vindicta inimicorum, sed dolet super eorum ruina.

23. Qui auctor est peccati, illi tribuuntur omnium flagitia.

Daniel. 5.

Paschas.

24.

Gen. 12.

Gen. 10.

Ambros.

Rex malus punitur ut dux vitiorum.

Tertio Flet Dominus non super totum Iudæorum regnum sed super civitatem Ierusalem, ipsa enim totius regni caput extabat. Peccata autem capit, ac maiorum totius regni deustationem generant, & producant. Balthassar in suo grandi conuiuio præcepit afferri vasa aurea, & argentea, quæ ex templo Ierusalem asportauerat Pater eius Nabuchodonosor: Et bibebant in eis Rex, & Optimates eius, vxoresq; eius, & concubina, Dan. 5. n. 2. Statim in pariete apparuerunt digiti sententiam contra regem scribentes: Phares diuisum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis, ibidem n. 28. Si omnes sacrilego ore sacra vasa profanant, & violant, cur tantum contra Regem directè profertur sententia secundum omnes suas partes; Mane, numeravit Deus regnum tuum, & compleuit illud. Thecel, appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Phares, diuisum est regnum tuum, &c. Cur etiam alij profanatores non inuoluuntur in sententia? Balthassar Rex, & caput erat, inde tanquam omnium delictorum reus, ipse solus sententia percussus, vt peculiariter pœnas subeat, & exsoluat. Paschas, lib. 7. in Matth. Rex qui omnes inuitauerat, amisso regno, miserima morte occubuit.

Ingressus Abrahamus cum vxore sua Sara Egyptum & ciuitatem Geraris. Et in vtroque loco abscondit Saram esse vxorem suam, eamque sororem dicit. In Egypto sublata est mulier in domum Pharaonis: Flagellauit Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Sarai vxorem Abraham, Gen. 12. n. 17. At verò in Geraris, Abimelech tulit Sari in domum suam. Cui nocte apparuit Deus, dicens: Redde viro tuo vxorem, quia propheta est, Gen. 20. n. 7. Si Pharaon, & Abimelech simile factum ediderunt, cur vnus cum tota familia punitur, alter verò tantum à Deo admonetur? D. Ambros. quæst. ponit, & soluit, lib. 1. de Abraham, c. 1. Fortassis, ait, se moueat, qua ratione Pharaon ab omnipotenti Deo sit afflicus, cum & ipse ignoret, vxorem esse Abrahæ Saram, quam sororem audierat. Abimelech autè nullâ pœna receperit. Verum Egypti regem noueris ducem fuisse vitiorum. Abimelech introduxit Saram in domum suam eius modestia captus, Pharaon verò libidine, ac turpitudine ductus; quæ turpitudine stimulus extitit ad luxuriam in tota sua familia, & cum ipse suo factò alios induxerit ad peccandum, inde rigide à Deo punitur. Verum Egypti regem noueris ducem fuisse vitiorum.

QUESTIO V.

Quare Ciuitati Hierosolymæ Deus obijcit potius ignorantiam in illa die, quam scelera eius?

25.

IT Dominus loquens cum Ierusalem: Si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ

ad pacem tibi. Obiter expendendum est, In hac die tua, illius Dei vsura, ac luce omnes viuentes fruebantur; cur ergo dies illa, in qua Dominus tanto triumpho ferebatur, dicitur dies Ierusalem? Sumperat Iesus sibi illum diem peculiariter, ad triumphum, & applausum, inde singularissime dicitur dies Ierusalem, siquidem nihil Iesus sibi vendicat, quod nostrum non sit singulari iure. Fauet Euthymius: Si cognosceres, ait, & tu in hac hac, id est, in hoc tempore, quo ego hic conuersor: tuum enim est, quia propter te potissimum humanitatem assumpsisti, & peregrinus effectus sum.

Nihil est in Iesu, quod nostrum non sit.

Euthym.

26.

Ignorantia propria miserie, damnationis origo.

Isai. 1.

27.

Apoc. 3.

La Haye. Corneli.

Ob suam exitatem excludendus.

Ascetas.

QUESTIO VI.

Quare Dominus Ciuitatem à ruina, ac deustatione non eximit, cum tam largiter, ac copiose fletet super eam?

D quæstionem respondet Rupert. in cap. 1. Nahum: Videns, ait, ciuitatem Ierusalem, fletit super illam; & tamen non liberauit eam, vt non circumdarent eam inimici eius vallo, & ad terram posternerent, ita vt non relinquerent lapidem super lapidem. Impossibile namque est, cum iniuste aliquid

28.

Rupertus.

aliquid agere, iniuste misereri, vel parcere. Non, inquit, possum à meipso facere quidquam, videlicet vt facium iniuste iudices. Mirabitur sanè quisquam, quod videns Dominus ciuitatis oppressiones largiter præ amore fletet; & tamen ciuitatem omnino periri permittat; si tanto amore erga ipsam teneretur, si ita eius excidium deplorat, cur eam ab hostium gladio non liberat? Christus Dominus cum videret Ciuitatis peccata, illiusque angustias, vt hominum amator maxime dolet super eam, vt etiam in lachrymas diffundatur; at cum esset à Deo Patre constitutus iudex, vt rectus iudex non poterat dissimulare, sed eam castigare, quia etsi vt piissimus hominibus multo amore indulgeat, tamen vt bonus iudex nihil facit à se, sed pro merito cause postulat.

Dilectissimus puniendus, cum causa postulat.

29.

2. Reg. 11.

Genebrard.

Vt amicus iudicet, vt iudex puniat.

Chrysost.

30.

Isai. 9.

Apoc. 15.

In amante beneuolentia, in iudice rigor.

Isai. 6.

Ioachim.

Cum Dauid obdormisset in suo adulterio ex iussione Dei venit ad ipsum Nathan, & proposita parabola de ouicula, quam diues tulerat à paupere, qua præparauit, ac disposuit Dauid. Tunc dixit Nathan ad Dauid: Tu es ille vir: Hac dicit Dominus Deus, quamobrem non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum, 2. Reg. 12. n. 7. Si Nathan tam leniter venit ad Dauid proposita parabola; Deinde ipse intus erat familiaris Dauid, ita vt cum eo tractaret omnia sua negotia, haberetque omnia consilia. Vnde, vt testatur Genebrard. ob magnam amicitiam Dauid vnus ex filiis suis vocauit Nathan. Cur modò tam durus, ac seuerus est in ipsum, vt dicat: Hac dicit Dominus Deus, non recedet gladius de domo tua? Nathan Dei Propheta, pro vt amicus Dauid assumpta parabola beneuole cum eo loquitur, vt ipsum ad viam salutis reducat, at cum personam iudicis agit, & ex parte Dei profert sententiam. Hac dicit Dominus Deus. Deposita omni beneuolentia, districto rigore pro vt causa exigebat in intimum familiarem procedit. D. Chrysost. in Pf. 47. O sectionem, ait, non gladio, sed breui coarctatione doloris sensum amputantem. Cum enim oportebat, fabulam agebat. Cum enim coarctandus ille fuit, statim serit, atque vlcus abscondit, sic tamen vt haud magnum dolorem efficeret.

De felicissimo Christi aduentu vaticinatur Isai. 9. n. 2. Populus, qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: habitantibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis. Postea verò de ipsomet Domino, ait Ioannes in suo Apocal. cap. 15. n. 8. Impletum est templum fumo à maiestate Dei, & de virtute eius, & nemo poterat introire in templo. Cur primo apparet cum luce, ac fulgore illuminante. Habitantibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis; modò verò in Apocalypsi cum fumo obæcante, & tanquam densa caligine nostris quasi nocturnarum oculis induta: Vnde tanta differentia? Apud Isaiam describitur veniens Dominus vt Saluator, ac hominum amator; in Apocalypsi proponitur vt iudex ad puniendum. Vt hominum amator effundit lucem, vt omnes ad se alliciat, ac attrahat, vt iudex verò emittit fumum, qui torquet, & oculos obæcat, vt ex alta Dei permissione superbi, ac iniqui caliginati non videant, sed pereant. Iuxta illud Isai. 6. n. 10. Excaca cor populi huius, auribus eius agrauata: & oculus eius claudet, ne forte videat oculis suis, & conuertatur, & sanem eum. Ioachim Abbas: Quia sicut humilitas, ait, & infirmitas ad redemptionem, ita maiestas, & virtus pertinet ad iudicem Christum: vt enim se aliquando exhibuit paruum, quatenus effusa desuper luce misericordia sua illuminaret humiles, & mansuecit. in Euang. Tom. IV.

suos terra: ita post ascensionem suam in celum residens cum Patre in throno glorie sue exhibet seipsum ineffabiliter magnum, vt effusa caligine iudicij sui, eos qui gradiuntur in superbia, percussat cecitate, ne quando videant oculis.

Luc. 19. n. 43: Quia venient dies in te: & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te: & coangustiabunt te vt vindique.

Num. 44. Et ad terram prosternerent te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ.

VERSIONES.

Syriac. n. 43. Aduenient autem tibi dies, quibus obsidebunt te hostes tui, & cingent te ab omni loco.

Arabicus. Profectò venient dies, & inimici tui proicient vexilla tua, & in illis circumdabunt te.

Vatablus. Quia superuenient tibi dies, cum circumdabunt te inimici tui.

Arias. Et circumdabunt inimici tui vallum tibi.

Syriac. n. 44. Et euerrent te, filiosque tuos intra te: neque relinquant in te lapidem super lapidem, eo quòd non noueris tempus visitationis tuæ.

Vatablus. Et solo æquabunt te, & filios tuos

Arabicus. Et ad terram superuerrent te. Caictanus. Ad solum prosternerent te.

EXPOSITIO II.

VIA venient dies in te. Beda. Ecce pœna, quam imminet ignorat ciuitas. Pro qua debebat flere, & misericordiam exposcere. Venient dies in te, venient nempe tibi dies, & circumdabunt te inimici tui vallo. Inimici tui principes Romani Titus, & Vespasianus, & circumcingent te vndique vallo, quod est munimentum castrorum, ex terra, lapidibus, arboribus, ac lignis constructum. Et ager dicitur. Refert Ioseph. lib. 6. de bello c. 7. & 13. Romanos milites circa Ierusalem tres aggeres erexisse, & solius tridui spatio vndique totam urbem cinxisse, ita vt obfessis, nulla esset spes exitus, & transitus. Et circumdabunt te. Repetitio est ex magno dolore, & intelligitur, quod circumdabunt te machinis, ac multo robore. Et coangustabunt te vndique. Omni pressura, angustia, ac fame. Ita vt matres proprios filios comederent. Vt testatur Ioseph. lib. 6. de Bello, c. 14. Ssf 2 Et

31. Beda.

Ioseph.

32. *Syriacus.* Et ad terram prosterent te. Solo te æquabunt, & omnino destruent. Et filios tuos, qui in te sunt. Ciues tuos nemp. Syriacus, Emerent te, filiosq; tuos intra te. Quod pro magna pena dicitur in fino matris, & in propria Ciuitate perire. Et non relinquent in te lapidem super lapidem. Lapidem lapidi coherentem; milites Romani totum Ciuitatis ambitum, vt refert Iosephus lib. 7. de Bello, cap. 18. ita complanauerunt, vt qui ad eam accederent, habitam aliquando esse vix crederent, ipsum verò templum, & vrbis hodie sunt tantum campi, vbi Troia fuit. *Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. Titus Bostrenf. Visitationis tempus illud vocat, quo ipse è caelo dilapsus eam visitauit, multiq; inter visitandum diuina documenta tradidit, ac plurima tandem stupenda miracula in ea parauit. Euthym. Quia non cognouisti tempus cura tuæ: tempus namque peregrinationis meæ, erat tempus cura salutis tuæ. Et quid durius, quam tempore curæ, ac salutis perire?*

QVÆSTIO XII.

Quare dicitur à Christo, quod non relinquetur lapis super lapidem, cum tres turres intactæ fuissent relictæ in Ciuitate.

33. *Iosephus.* ESTATVR Iosephus lib. 7. de Bello cap. 18. Postquam quos occideret, quidve rapere non haberet exercitus; iubet eos Cæsar totam funditus iam erueret Ciuitatem, ac templum. Relictis quidem turribus, quæ præter alias eminebant, Phælo, & Hippico, & Mariamne, murique tanto, quantum ciuitatem ab Occidente cingebat. Id quidem, vt esset castrum, illic custodiæ causa relinquentis; turres autem, vt posteris indicarent, qualem ciuitatem, quamque munitam, Romanorum virtus obrinisset. Alium verò ambitum ciuitatis omnino complanauere; vt iam retuli in expositione.

34. Quæstio præsens est. Tres turres relictæ fuerunt à Romanis, & murus Occidentalis, vt ait Iosephus citatus. Christus verò prædicit: Non relinquent in te lapidem super lapidem. Respondent Barrad. & Cornel. Primò, quòd sit hyperbolicus sermo. Secundo, quòd sententiâ Christi intelligitur de reliquis ædificiis ciuitatis, quæ penitus euerfa sunt, vt ait Iosephus, seu de tota ciuitate, & templo, & tantarum rerum comparatione, illud quod est relictum est parum; parum autem pro nihilo reputatur. Tertio, Aptius mihi videtur id, quod ait Iansen. quod in Ciuitate relictum fuit à Tito, ab aliis principibus etiam subuerfum legitur, vt perfectè impletum sit, quod Dominus prædixit; Ciuitas Hierusalem sic penitus deleta est, vt & post reædificata, non eundem locum obrinuerit, cum iam mons Caluarie sit intra Ciuitatem. Quarto & moraliter. Non relinquetur lapis super lapidem, ad eius decorem, & honorem, nam turres, & pars muri relictæ fuerunt ad eius infamiam, ac ad monumentum suorum delictorum, quod cum tam magna, & ampla esset ciuitas ob sua peccata meruerit funditus perire, & destrui.

35. Excidium Ciuitatis antecedenter quadraginta annis minatur Christus, vt ipsi respiciant, & non puniantur. Imminente diluuiò, ait Deus Noè: Post dies septem, ego pluam super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & delebo

omnem substantiam, quam feci, Gen. 7. num. 4. Ad quid per quadraginta dies pluuia est immittenda, poterat enim Deus vno die, vnòque momento totam illam aquatum molem inducere? Hoc Deo possibile erat, ad quid ergo per quadraginta dies, ac noctes aqua est effundenda, vt vniuersus orbis deleatur? Vno momento potuit Deus vniuersum orbem submergere, noluit tamen, sed concedit quadraginta dierum spatium, vt perterrefacti homines respiscerent, debitas penas euadant. D. Chrylost. homil. 24. Hoc, ait, dedit opera fecit, volens simul, & timorem incutere, & occasionem præstare, quæ penam, quæ iam in scribis esset, effugerent.

Luc. 19. n. 45. Et ingressus in templum, cœpit eiicere vendentes in illo, & ementes.

Num. 46. Dicens illis: Scriptum est: quia domus mea, domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum.

VERSIONES.

Arabicus. Cùm ingressus esset in templum.

Syriacus. Cœpit eiicere eos, qui emebant in eo, & vendebant.

Theophyl. Quia domus mea, domus precatationis est.

Arabicus. Vos autem fecistis illam speluncam latronibus.

ALTER TEXTVS.

Matth. 21. Et intravit Iesus in templum, & eiiciebat omnes vendentes, & ementes in templo, & mensas numulorum, & Cathedras vendentium columnas euertit.

Marc. 11. Et veniunt Ierosolymam. Et cùm introisset in templum, cœpit eiicere vendentes, & ementes in templo, & mensas numulariorum, & Cathedras vendentium columnas euertit.

EXPOSITIO III.

**T**egressus in templum. Quamquam Iansenius existimet, quod Dominus ingressus sit in templum sequenti die post diem Palmatum. Tamen verisimilior mihi est sententia D. Augustini lib. 2. de consensu Euangel. cap. 68. vbi ait, illa die, qua cum pompa ciuitatem; & templum ingressus est Dominus vendentes eiicisse, vt colligitur ex textu D. Matth. Intravit Iesus in templum, & eiiciebat vendentes. D. enim Matthæus, vt ait Hieronymus, obseruator est

Barrad. 37.

Chrylost.

Ioan. 2.

Iosephus.

38.

Isai. 56.

Ierem. 7.

Hieron.

est temporis, & ordinem historia tenet. D. verò Marcus narrat per repetitionem, & recapitulationem, vt aduertit in præfenti Barradas.

Et ingressus in templum. Non ad regiam domum, nec ad plateas, sed ad templum vadit Iesus, vt gloriam sibi attribuat in patrem referat, eique gratias exhibeat, quod vt verus Messias toti orbi sit manifestus. Cœpit eiicere vendentes in illo, ac ementes: regia nempe auctoritate. Quem admodum bonus princeps ad regnum euectus primum curat purgare regnum suum, aulam suam à vitis, & turpitudinibus. D. Chrylostom. citand. existimat quod eiiciebat Dominus flagello facto, vt ex simili historia constat ex Ioan. 2. Et flagellum exitit necessarium ad eiicienda animalia, quæ Sacerdotes ob suum lucrum sinebant vendi in templo, hoc est, in atrio prophano, seu Gentium templi ad victimas offerendas præcipue, quia tunc approximabat Pascha, in quo erant offerendæ, quæ in tanto numero, vt dicat Iosephus lib. 7. de Bello, cap. 17. in vno die festo Paschæ numerata ducenta quinquaginta sex millia hostiarum oblatarum. D. Matth. ait: Et mensas numulariorum: vbi pecunia numerari consueuerat, & Cathedras, seu sedes vendentium columnas verisimile est fuisse sceminas, quibus difficile est diu in pedibus consistere: de hoc vide similem historiam latè à me commentatam tom. 2. cap. 2.

Dicens illis. Tam mirabile opus ostendit Dominus factum non mera potestate, sed etiam ratione ex diuinis literis desumpta. Scriptum est, Isai. 56. num. 7. Et aliusio etiam fit ad locum Ieremie 7. n. 11. vbi ait Deus: Numquid ergo spelunca latronum facta est domus mea? Et ait Dominus: Domus mea; domus orationis est. Templum enim meum deputatum, ac consecratum est ad orationem, ac ad diuina officia. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Ad Sacerdotes templi dirigit sermo, quibus ex officio incumbere huiusmodi illicita in templo non admittere. Et rectè ait: Speluncam latronum, quia Sacerdotes sub specie, ac latibulo religionis, & templi abscondentes suam auaritiam, venditione, vsuris, multaque fraudulentis, & pessimis artibus peregrinos, ac pauperes expoliabant. D. Hier. in Matth. Latro enim est, ait, & templum in latronum conuertit speciem, qui lucra de religione scilicet, cultusque eius, non tam cultus Dei, quam negotiariorum occasio est.

QVÆSTIO VIII.

Quare post fletum Ciuitatis statim Dominus eiicit ementes, & vendentes.

39. Galfridus.

Temporum prophanatio, malorum origo.

**A**D quæstionem respondet Galfrid. apud Tilmannum in allegoriis: Si aduertimus, ait, quomodo cœpit Iesus eiicere ementes, & vendentes de templo, mirum, si non legemus, qui tam multos etiam nunc in Ecclesia vendentes, & ementes videmus. Liqueat enim quod ob auaritiam maxime corum, qui in templo negotiabantur, imminere ei ciuitatis excidia videbantur, quando post lachrymas, & querelas illi potissimum sunt eiecti. Post deploratam ciuitatem, statim Iesus ingredi- tur templum, & ab illo eiicit vendentes, ac ementes, vt denotaret, quod populorum ruina, animarumque iactura, ac perditio à templo

Syluena in Euang. Tom. IV.

prophanato, absque auaritia Sacerdotum nascitur, & multiplicatur, & ideo vt pius Pater, qui volebat malorum origini medicamen adhibere, vendentes eiicit, vt expulsa auaritia, ac prophanatione templi valeant homines conualescere, ac sanari.

Temporum prophanatio multa mala generat, maximeque diuinam iram sollicitat. Postquam Ezechiel narrat abominationes, quas domus Israël faciebat in templo, cap. 8. statim pergit Propheta; & cap. 9. n. 2. scribit: Et ecce sex viri veniebant de via porta superioris, qua respicit ad Aquilonem: & vnusquisque vas interitus in manu eius. Vir quoque vnus in medio eorum vestitus erat lineis. Sex viri illi erant sex Archiduces Nabuchodonosoris, vt censent Prado, Maldonatus. Vir autem ille vestitus lineis, ait D. Gregor. lib. 22. Moral. cap. 13. Vir vestitus lineis est Redemptor noster, qui etiam de tribu Sacerdotali aliquos parentes habuit. Valde mirum, quod inter illos Archiduces, qui veniunt ad deuastandam Ierusalem; appareat Christus Dominus, & in habitu Pontificali, nam vbi nos habemus, Vestitus lineis, legunt Septuaginta, Vestitus podere, D. Hieronymus. Erat in medio sex virorum vnus in habitu Pontificis. Habitus sacerdotalis induebatur à Pontifice ad misericordiam, ac pietatem exoptulandam à Deo. Venit ergo Christus cum veste pontificali, ac misericordiæ inter Archiduces ad deuastandam ciuitatem. Vt fiat apertum, quod cum abominatio templi interuenit, ipse habitus sacerdotalis in Christo, non misericordiam sollicitat, sed potius iram, & furorè ad internecionem, ac solo æquandam iram.

Cùm Balthassar totus hilaris cum suis optimis biberet per sacra vasa templi: In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum, Daniel. 5. num. 6. Quæ Glossa Ordinaria in morali sic interpretatur: Fertur sententia diuina, ait, contra prædictos peccatores in Scripturis, & vt firmior ostendatur, in hac conscriptione scribens est Deus Pater, manus Filius, & digiti Spiritus sanctus. Cur in hac sententia promulganda tota sanctissima Trinitas declaratur? Agebatur negotium vt rigida pena plecterentur sacrarum rerum prophanatores, quod adeo est horribile, vt contra huiusmodi crimina in templum commissâ videatur sententiam proferens, & subscribens tota sancta Trinitas.

Audiens mortuum Saül multis lachrymis ipsum prosequitur Dauid, dicens: Abiectus est clypeus fortium, clypeus Saül, quasi non esset vnctus oleo. A sanguine interfectorum, ab adipe fortium, 2. Reg. 1. n. 21. Quid est quod Dauid dom deplorat super mortuum Saül, ipsum ait cecidisse a sanguine interfectorum, adipe fortium? Si interfecti, quomodo causam extiterunt illatæ mortis Saül? Plana est historia, quod Saül in Nobe Ciuitate interfecit omnes Sacerdotes Domini, qui ad ipem Deo offerebant, 1. Reg. 22. n. 18. Similique ipsam Ciuitatem Secerdotalem in ore gladij percussit; Mors ergo illata Sacerdotibus, contemptusque Ciuitatis sacræ mortem, & contemptum intulit Saül, qui enim sacra perdunt, in hoc sibi perditionem inueniunt. Glossa ibi: Saül, ait, reprobat- us est à Deo, & ab incircumcisus vilitè occisus, tanquam non esset vnctus oleo propter sanguinem interfectorum Sacerdotum, qui Domino ad ipem adolebant, quos impios Saül iussit interfici.

SSS 3 QVÆSTIO

32. Syriacus.

Ioseph.

Bostrenf.

Euthym.

33. Iosephus.

Barrad. Cornel.

Iansen. Monumentum iniquitatis.

35. Deus minatur ne puniat. Gen. 7.

40.

Ezech. 9.

Prado. Maldon. Gregor.

Septuag. Hieron.

Templo prophanato ira diuina sollicitatur.

41. Dan. 5.

Glossa. Tota Trinitas sententia profert contra violatores Templi.

42. 2. Reg. 11.

1. Reg. 22. Sacra violata morè inferni sunt contemptoribus. Glossa.